 da michi castitatem et continentiam:
 sed noli modo. **T**imebam enim ne
 me cito exaudires et cito sana-
 res a morbo contumelie. que
 malebam expleri quam extingui:
 et iterum per vias prauas sup-
 stitione sacrilega. non quidem
 certus in ea sed quasi propones
 eam ceteris quam non pie querebam. sed
 inimice oppugnabam: et putau-
 ram me propterea differre de die
 in diem contempta spe seculi te
 solum sequi. quia non michi appa-
 rebat certum aliquid quo dirigerem
 cursum meum: et uenerat dies quo
 nudaret michi. et irareparet me
 conscientia mea. **U**bi es lingua:
Nempe tu dicebas. propter incer-
 tum uerum nolle te abiree sartana
 uanitatis. **E**cce iam certum est. et
 illa te adhuc premit: humeris
 que liberioribus penas recipiunt.
 qui neque ita inquirendo attriti st-
 net decemio et amplius ista me-
 ditati. **I**ta rodebar itus et con-
 fundebam pudore horribili ue-
 hementer: cum potitiam? talia
 loqueretur. **T**erminato autem ser-
 mone et causa qua uenerat.
 abiit ille: et ego ad me. quam non in
 me dixi: **Q**uibus sententiarum
 uerberibus non flagellauit ani-
 mam meam. ut sequeretur me conate
 post te ire et retinebat: **P**er-

Ca. vij.

biij.

sabat et nō se excusabat. **C**osup-
 ta erant et cōiuncta argumēta
 oīa: remanserāt muta trepida-
 tio. et quasi mortē reformida-
 bat restringi a fluxu cōsuetudi-
 nis. quo tabescebat in mortem.
Tum in illa grandi rixa iterio-
 ris domus mee. quā fortiter ex-
 citauerā cū aīa mea in cubicu-
 lo nro. corde meo tā vultu q̄ me-
 te turbatus: iuado alipū et ex-
 clamo. **Q**uid patimur? **Q**uid
 est hoc qd̄ audisti? **S**urgūt idoc-
 ti et celū rapiūt: et nos cū doctri-
 nis nris sine corde. ecce ubi volu-
 tamur ī carne et sanguīe. **A**n
 quia p̄cesserūt. pudet sequi: et
 nō pudet nec saltem sequi. **D**ixi
 nescio que talia: et abrupit me
 ab illo estus meus. cū taceret at-
 tonitus me ītuens. **N**eq; enī so-
 lita sonabā. **P**lus loq̄bāt aīm
 meū. frons. gene. oculi. color.
 modus vocis: q̄ uerba q̄ prome-
 bā. **O**rtulus quidā erat hospici-
 nri quo nos utebam: sicut tota
 domo. **N**ā ibi hospes nō habita-
 bat. **D**ns domus. **I**lluc me ab-
 stulerat tumultus pectoris ubi
 nemo īpediret ardente litē. quā
 meū aggressus evā: donec exi-
 ret qua tu sciebas. **E**go autē nō
 quieui: sed tm̄ insaniebā salu-
 briter. et morebar vitalit. **I**gna-
 rus qd̄ mali essem: et ignarus q̄
 boni post paululū futurus eēm.
Abcessi ergo in ortū et alipius pe-
 dem post pedē: neq; enī secretū
 meū nō erat. ubi ille aderat. **A**ut
 qm̄ me sic affectū desereret? **S**edi-
 mus q̄ntū potuim? remoti ab
 edibus. **E**go fremebā spū. idig-
 nans indignatōe turbuletissā

¶ q̄na?

q̄ nō ueni ī placitū et pactū
 terū deus meus ī qd̄ eūdū ēē oīa
 ossa mea clamabāt et in celum
 tollebat laudibz: et nō illuc
 ibatur nauibz aut quadrigis.
 aut pedibus. q̄ntū saltem de
 domo in eū locū ieram. ubi se-
 debam. **N**am nō solū ire vez
 etiā puenire illuc nichil erat
 aliud q̄ uelle ire: sed uelle for-
 titer et itegre. nō semī sauciā
 hac atq; hac versare et iactare
 uolūtate. cū hac parte assur-
 gente. cū alia parte cadente
 luctante. **D**eniq; tā multa fa-
 cieba corpore. in ip̄is tūcti-
 onis estibus. que aliqñ volūt
 hoīes et nō valent: si aut ipsa
 membra nō habeant. aut ea ul-
 colligata vinculis. uel resolu-
 ta languore. uel quoquomodo
 īpedita sint. **S**i capillū vullsi.
 si percussī frontē. si consertis
 digitis. amplexatus sum genu.
 quia volui feci: potui at̄ uelle
 et nō facere. si mobilitas men-
 broū nō obsequetur. **T**am nul-
 ta ergo feci. ubi nō hoc erat vel-
 le qd̄ posse. et nō facieba qd̄ et
 icōparabili afftū āplius michi
 placebat: et mox ut vellem pos-
 sem. quia mox ut vellem utiq;
 vellem. **I**bi enī facultas ea que
 volūtas. et ip̄m uelle iam face-
 erant. et tm̄ non fiebat: facilius
 q; obteperabat corpus tenuissīe
 uolūtati aīe. ut ad nutū mētis
 mēbra mouerentur. q̄ ipsa sibi
 aīa ad volūtate suam magna
 in sola volūtate perficiendam.
Unde hoc monstrū: et quare
 istud? **L**uceat misericordia tua:
 et iterroge. si forte michi res-

Ca. ix.

ponderare possint latebre penarū
hōim. et tenebrosissime cōtra-
ones filiorū adā. Vnde hoc mō-
strum: et quare istud? Impe-
rat ānimus corpori. et parctur
statim: iperit ānimus sibi et
resistatur. Imperat ānimus ut mo-
ueatur manus. et tanta ē fragilitas
ut vix a seruitio discernat ipe-
riū: et ānimus ānimus est. manus
autē corpus est. Imperat ānimus
ut velit ānimus: nec alter est
nec facit tñ. Vnde hoc mōstrū:
et quare istud? Imperat inq̄
ut velit. qui nō iperaret nisi vel-
let: et nō fit qd̄ iperaret si non ex
toto vlt. Non ergo ex toto ipe-
rat. Nā in tantū imperat iquū
vlt. et in tantū non fit qd̄ ipe-
rat. inq̄ntū nō vlt: qm̄ volun-
tas iperaret ut sit uolūtas. nec
alia sed ipa. Nō utiq̄ plena i-
perat: ideo nō est qd̄ iperaret Nā
si plena esset: nec iperaret ut
esset. quia iā esset. Non igitur
mōstrū partim velle. partim
nolle. sed egritudo ānmi est: q̄
nō totus assurgit ueritate sub-
leuatus. consuetudine p̄graua-
tus: et ideo sūt due uolūntates.
quia vna earū tota nō est: et h̄
adest alteri. qd̄ deest alteri. Pe-
reant a facie tua deus. sicut pe-
reunt uandoqui et mētis seduc-
tores: qui cū duas uolūntates
i deliberando cōaduenterit. du-
as naturas duarū menarū cē
asseuerāt. vna bonā alteram
malā: ipsi vere mali sūt. cū ista
mala sentiūt. et idem ipi boni
erūt si vera senserūt. uerisq̄ cō-
senserunt. ut dicat eis aposto-
lus tuus. Fustis aliquā teneb:

nūc autē lux in dño. Illi enī dñi
volūt cē lux nō in dño. sed in se
ipsis. putando aīe naturā hoc
esse qd̄ deus est. ita facti sūt de-
siores tenebre: qm̄ longius a te
recesserūt horrenda arrogātia.
a te vero lumie illumināte oēm
hōiem ueniente in hūc mūdū.
Attendite qd̄ dicatis et erubesci-
te. et accedite ad eū et illūamī:
et vultus v̄ri nō erubescet. Ego
cū deliberabā ut iā seruirem
dño deo meo. sicut dui disposu-
erā: ego erā qui volebā. ego qui
nolebam. Ego ego erā: nec ple-
ne volebā. nec plene nolebā. De-
oq̄ meā contendebā. et dissipa-
bar a meipso: et ipa dissipatio
me iūto quidē fiebat. nec tñ
ostendebat naturā mētis alic-
ne. sed penā mee: et ideo nō iā
ego operabar illā. sed qd̄ habi-
tabat in me p̄tā. de supplicio li-
berioris p̄tā: quia erā filius a-
dam. Nam si tot sūt contrarie
nature quot uolūntates sibi resis-
tūt: nō iam due. sed plures erūt.
Si deliberet quisq̄ utrū ad cōuē-
tialū corū pergat. an ad thea-
trū: clamant isti. Ecce due natu-
re: vna bona hac ducat. altera
mala illic reducat. Nā vnde ista
cūctatio sibi met aduer: sanā
uolūtatū? Ego autē dico abas
malas: et que ad illos ducat. et
que ad theatrū reducat. Sed nō
credūt nisi bonā esse. qua itur
ad eos. Quid si ergo quisq̄ nos-
trū deliberet. et secū alternātibz
duabz uolūtatibz fluctuet utz
ad theatrū pergat. an ad ecclē-
siam nrām? nonne et isti quid
respondeāt fluctuabūt? Aut

enī fatebūtur q̄ nolūt bona vo-
 lūtate pergi in ecclēsiā nostrā.
 sicut ī cā pergūt qui sacramē-
 tis eius ībuti sunt atq; detinē-
 tur? aut duas malas naturas
 et duas malas mētes in vno ho-
 mine confligere putabūt. et nō
 erit verū qd̄ solent dicere. Vnā
 bonā et alterā malā; aut con-
 uertent? ad verū. et nō negabūt.
 cū quisq; deliberat aiām vnā
 diuersis uolūtātib; estuare. **Iā**
 ergo nō dicant. cū duas uolun-
 tates in hoīe vno aduersari sibi
 sentiūt. duas cōtrarias mentes
 de duab; cōtrariis substantiis et
 de duob; cōtrariis principis cō-
 tendere; vnā bonā. alterā ma-
 lam. **Iā** tu deus verax īprobas
 eos et redarguis. atq; cōuinis
 eos. sicut ī vtrāq; mala uolūtate:
 cū quisq; deliberat. utrū hoīem
 veneno iterimat an ferro. utrū
 fundū alienū. illū an illū iua-
 dat qn̄ vtrūq; nō potest? utrū e-
 mat uoluptate luxuria. an pe-
 cuniā seruat auaricia. utrum
 ad circū pergat. an ad theatrū.
 si vno die utrūq; exhibeat? **Ad**
 do etiā tertiu. an ad furtū de
 domo aliena si subest occasio?
 addo et quartū. an ad cōmittē-
 dū adulterū. si et inde simul
 facultas aperit? si oīa cōcur-
 rant ī vnū articulū tēporis pa-
 riterq; cupiātur oīa. q̄ simul a-
 gi nequeunt. **Discipulū** enī a-
 nimū sibi nec aduersantibus
 quatuor uolūtātib; uel etiam
 plurib; ī tāta copia rerū que
 appetunt? nec tñ tantā multi-
 tudine diuersarū substantiarū
 solent dicere: ita et in bonis vo-

lūtātib; **Iā** q̄ro ab eis. utrū bo-
 nū sit delectari lēone apostoli
 et utrū bonū sit delectari psal-
 mo sobuo. et utrū bonū sit emā-
 geliū disseē; respondebūt ad sin-
 gula bonū. **Quid** si ergo parit
 delectent oīa. simulq; vno tēpo-
 re? nōne diuerse uolūtates dis-
 tendūt cor hoīs. cū deliberatur
 qd̄ potissimū arripiam? **Et oēs**
 bone sūt et certant ferū; donec
 eligatur vnū quo ferat? tota vo-
 lūtās vnā q̄ in plures diuideba-
 tur. **Ita** etiā cū eternitas delat
 superius. et tēporalis boni volup-
 tas retentat īferius. eadē aiā
 est. nō tota uolūtate illud aut
 hoc volens: et ideo discipit gra-
 ui molestia. dū illud veritate p̄-
 ponit. hoc familiaritate nō po-
 nit. **Sic** egrotabā et exartuabā
 accusans memetipm̄ solito acer-
 bius nimis. ac volues et versās
 me in vinculo meo. donec abru-
 peret? totū quo iā exiguo tene-
 bar. **Sed** tenebar tñ: et instabas
 tu ī occultis meis dñe. seuera
 misericordia flagella īgeminas. ti-
 moris et pudoris. ne rursus ces-
 sare et nō abruperet? idipsum
 exigū et tenue qd̄ remanserāt
 et reualesteret iterū. et me ro-
 bustius alligaret. **Dicebā** enī
 apud me itus. **Ecce** modo fiat.
 modo fiat. et cū uerbo iā ibam.
 ibam ī placitū: iā pene facie-
 bā. et nō faciebā. nec relabebā
 tñ in pristina. sed de proximo
 stabam et respirabā? et itē co-
 nabar et paulomin? ibi eram.
 et paulomin? iā iamq; attin-
 gebā et tenebā. et nō ibi eram.
 nec attingebā nec tenebā. he-

Ca. xi

sitans mori morti, et vite viue-
 re: plusq; i me ualebat dete-
 rius iolutu. q; meli? insolitu.
 puctuq; ipm teporis quo ali-
 ud futur? era quato. ppius
 ad mouebat. : tanto ampliore
 icuiebat horrore. Sed no reu-
 tiebat retro. nec auertebat s; me
 suspendebat. Retinebat nuge
 nugaru. et vanitates uanita-
 tu antique amice mee: et suc-
 cuiebat ueste mea. tunc et
 submurmurabat. Dimittis
 ne nos et a momento isto no
 erim? tecu ultra ieternu. et
 a momento isto no tibi licebit
 hoc. et illud ultra ieternu. Et
 que suggererent in eo qd dixi.
 hoc et illud. que suggererent
 deus meus auertat ab aia ser-
 ui tui misericordia tua. quas sor-
 des que dedecora suggererent.
 Et audieba eas ia longe mun-
 q; dimidius. no tanq; libere co-
 tradicetes eundo i obuia. sed
 uelut a dorso nusitates. et dis-
 cedente quasi furtim vellitan-
 tes. ut respicerent. Retardabant
 tn tuctante me abape atq; ex-
 cutere ab eis. et transilire quo
 vocabar: cu dicit michi cosue-
 tudo violenta. Putas ne sine
 illis poteris? Sed ia tepidissime
 hoc dicebat. Aperiebat. eni ab
 ea pte qua itendera facie et
 quo transilire trepidaba. casta
 dignitas cotinente. serena et no
 dissolute hilaris. honeste bla-
 diens ut uenire neq; dubita-
 re: et extendens ad me susapi-
 endu et apletendū pias ma-
 nus plenas gregib; bonoz ex-
 emploru. Ibi tot pueri et pu-

elle. ibi uiuetus multa et omis
 etas. et graues vidue et virgi-
 nes anis: et in oibus ipa con-
 tinetia nequaq; sterilis. sed fe-
 cunda filiozu mater gaudioz
 de marito te dne. et iridebat
 me irrisione exhortatoria qsi
 diceret. Tu no poteris qd isti et
 iste? An vero isti et iste i semet
 ipsis pnt. ac no in dno deo suo.
 Dns deus eoru me dedit eis.
 Quid in te stas et no stas? Pro-
 ice te in eu: noli metueret. no
 se subtrahet ut cadas. Pice te
 seturus et exapiet te: et sana-
 bit te. Et erubesciba nimis qz
 illaru nugaru murmur adhuc
 audieba. et tuctabudus pend-
 ba: et rursus illa q; diceret ob-
 surdesce aduersus imuda illa
 membra tua sup terra. ut mor-
 tificetur. Narrant tibi delecta-
 tiones: sed no sic lex dni dei tu-
 ta cotrouersia i corde meo no n
 de me ipo aduersus meipm it
 alipius affixus lateri meo: i
 usitati motus mei exitu tan-
 tus operiebat. Vbi vero a fu-
 do archano alta cosideratio
 cotraxit et congescit tota mi-
 seria mea in conspu cordis
 mei: oborti e. prella ingens.
 ferens ingente ymbre lacri-
 maru: et ut totu effunderem
 cu vocib; suis: surrexi ab ali-
 pio. Solitudo michi ad negotiu
 flendi aptior suggeriebat: et
 secessi remotus q; ut possit
 michi onerosa esse etia eius
 pntia. Sic tuc era. et ille sen-
 sit: nescio qd eni puto dixerit.
 in quo apparebat sonus vocis
 mee. ia fletu grauidus et sic

surrexerā. Mansit ergo ille ubi
 sedebam? nimis stupens. Ego
 sub quadā fici arbore stitui me
 nescio quō. et dimisi habenas
 lacrimis. et pruperūt flumina
 oculorū meorū. acceptabile sa-
 crificiū tuū. et nō quidē hns
 uerbis. sed ī hac sentētia mul-
 ta dixi tibi. Et tu dñe usq; quo?
 Usq; quo dñe uasceris in finē?
 Ne memor fueris iniquitatum
 nēarū antiquarū. Sentiebam
 enī ab eis me teneri. Factabā
 enī voces miserabiles. Quidiu.
 q̄dū. tras et tras? Quare nō
 modo? Quare nō hac hora finis
 turpitudis mee? Dicebā hec
 et flebā amarissā cōtractione
 cordis mei; et ecce audio vocē
 de uicina domo cū tantu dice-
 tis et crebro repetētis. q̄i pue-
 ri an puelle nescio. Tolle lege:
 tolle lege. Statimq; mutato ul-
 tu itentissim? cogitare cepi. u-
 tū nā solerēt pueri ī aliquo ge-
 nere ludendi cantitare tale ali-
 quid; nec occurrebat oīno au-
 disse me uspiam. Repressosq; ī-
 petu lacrimarū surrexi nichil a-
 liud itēpretans diuinit? nūc
 hi iuberi. nisi ut aperire codi-
 cem. et legere qd̄ primū caput
 uenisset. Audierā enī de an-
 thonio. q̄ ex ewāgelica lāone
 tu forte supuenerat amōitus
 fuerit tāq; sibi dicitur qd̄ lege-
 bat. Vade et vende oīa que ha-
 bes. et da paupibz. et habebis
 thesaurū ī celis. et ueni seq̄re
 me; et tali oraculo confestim
 ad te esse cōuersum. Itaq; ton-
 tatus redi ad eū locū ubi sede-
 bat alipius; ibi enī posuerā

codicē apli cū inde surrexerā.
 Arripui; aperui. et legi ī silē-
 tio capitulū. quo p̄mū cōiet-
 ti sūt oculi mei. Nō in cōmes-
 sacōibus et ebrietatibz; nō in
 tribulibz; et ipudicijs nō in cō-
 tentiōe et emulacōe; sed īdūi-
 te dñm ih̄m xp̄m. et carnis p-
 uideciā ne ferētis ī cōcupiscēns.
 Nec ultra uolui legere; nec
 opus erat. Statim quippe cū sine
 hui?modi sentētie q̄si luce
 securitatis infusa cordi meo;
 omēs dubi- tatiōis tenebre dif-
 fugerūt. Tū iteriecto aut di-
 gito aut nescio quo alio sig-
 no codicē clausi; et trāquillo
 iā vultu idicauī alipio. At
 ille quid in se ageret? qd̄ ego
 nesciebā sic indicauit. Petiit
 uidere qd̄ legissem. Ostendi. et
 attendit etiam ultra q̄ ego le-
 gerā et ignorabā qd̄ sequetur.
 Seq̄batur uero; infirmū autē
 ī fide assumite. Quod ille ad se
 retulit; michiq; aperuit. Sed ta-
 li amōitōe firmatus est; pla-
 titosq; ac p̄posito bono et cōgni-
 entissimo suis moribz; quibus
 a me ī melius iā olim valde
 longeq; distabat. sine ulla tur-
 bulenta cōtētiōe cōuictus est.
 Inde ad matrē ingredim. in-
 dicam? gaudet; narram? que
 admodū gestū sit. Exultat et
 triūphat? et benedicebat tibi
 qui potens es ultra q̄ petim?
 et itelligim? facere; quia tāto
 amplius sibi a te concessū de
 me uidebat. q̄ petere solebat
 miserabilibz; eius flebilibz; q;
 gemitibz;. Cōuertisti enī me ad
 te; ut nec uxore q̄rere. nec ali-

quā spem sēdi huius. stans in ea
regula fidei. ī qua me ante totā
nos ei reuelaueras: et cōuertisti
luctū eius ī gaudiū. multo v-
berius q̄ voluerat. et multo ca-
rius atq; castius. q̄ de nepotib;
carnis mee req̄rebat. **Explicit**
liber octauus auctori aug⁹: ī a-
piā nonus.



Dne quia ego seruus tuus et filius anille tue. Disrupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Lau-
det te cor meū et lingua mea:
et oīa ossa mea dicant. Dne
quis filius tibi? Dicāt. et res-
ponde michi. Et dic aīe mee
salus tua ego sū. Quis ego ā
qualis ego? Quid nō mali e-
go. aut facta mea. aut si nō
facta dicta mea? aut si nō dic-
ta uolūtas mea fuit? Tu autē
dne bonus et misericors. et dex-
tera tua respiciēs pfunditatē
mortis mee? et a fundo cordis
mei exhauriēs abissū corrup-
tōnis: et hoc erat totū. nolle
qđ volebas. et uelle qđ nole-
bas. Sed ubi erat tā amoso
tēpore. et de quo pmo altoq;
secreto euocātū est in momēto
liberū arbitriū meū. quo sub-
dere ceruicē leui uigo tuo. et
humeros leui sartine tue. xpc
ihū adiutor meus et redeptor
meus? Et suaue michi. subi-
to factū est carere suauitatib;
nugariū: et quas amittē me-
tus fuerat iā dimittē gaudi-
um erat. Faciebas enī eas a

me uera tu et sūma suauitas.
Faciebas et irabas pro eis omni
uoluptate dulcior. sed nō car-
ni et sanguini? omni luce cla-
rior. sed omni secreto iterior: omni
honore sublimior. s; nō subli-
mib; in se. Iā liber erat aīe
meus a curis mordacib; ambi-
endi et acquirendi et volutan-
di atq; scalpēdi scabiē libidi-
nū? et garriebā tibi claritati
mee. et diuitiis meis et saluti
mee dno deo meo: et placuit
michi in conspū tuo nō tumul-
tuose abire. sed leniter sub-
trahere mīsteriū lingue mee
nūdius loquacitatis. ne ul-
terius pueri meditātes nō legē-
tuā. non pacē tuā. sed insani-
as mendaces. et bella forensia
mercuret ex ore meo arma fu-
rori suo. et oportune iā pau-
cissimi dies superat. ad vinde-
miales ferias. et statui tolera-
re illos ut solepniter abcedere:
et redeptus a te iā nō reducem
uenalis. Consiliū ergo nūm
erat corā te: corā hōib; aut
nisi nrīs nō erat. Et cōueniat
inter nos ne passim auq; effū-
deret? qđ tu nobis a rōualle
ploracionis ascendētib; et tā-
tantib; tantū graduū dede-
ras sagittas acutas. et carbo-
nes uastatores aduersus lin-
guā subdola. uelud consulēdo
cōtradictē. et sicut abū asso-
let amando consumētē Sagit-
taueras tu cor nūm caritate
tua. et gestaba uerba tua trīs-
fixa uiscerib; et exempla ser-
uorū tuorū quos de nigris lu-
cidos. et de mortuis uiuos fe-

terras. congesta in sinu cogita-
tionis nre vrebant et absume-
bant graue torpore. ne i pma
mergerem. et accendebat nos
ualide. ut ois ex lingua subdo-
la cotradictiois flatus iflamma-
re nos acius posset no extigue-
re. Verupti quia ppter nomen
tuu qd sanctificasti per terras
caia laudatores habet votu et
ppositu nrm. iactancie site vide-
batur. no operari ta pximu fe-
riaru tepus. sed de publica pro-
fessione atq; ante oculos oim
fita ante discedere. ut couersa
in factu meu ora auctoru intu-
entiu q vianu vindemialiu di-
em pueire volueri. multa qui-
dem diceret qd qi appetisse mag-
nus videri. Et quo michi erat if-
tud. ut putaret et disputaret
de aumo meo. et blasphemare-
tur bonu nrm. **Quinca** qd
ipa estate litterario labori ni-
mo. pulmo meus cedere cepe-
rat. et difficulter trahere suspi-
ria. dolorib; q; pectoris testari
se sautu. voce q; clarioe pduc-
tore ve recusare. primo ptur-
bauerat me quia magistern
illius sarana pene ia necessita-
te deponere cogebat: et si au-
rari et coualesce potuiss. certe
intermittere. Sed ubi plena vo-
luntas uacandi et uidendi. qm
tu es dns oborta michi e atq;
firmata. nosti deus meus caia
gaudere tepi. q; hec quoq; sub-
erat no mendax extulatio. que
offensione hoim teperaret. qui
ppter liberos suos me liberu ee
nuq; volebat. **Plenus** igit tali
gaudio tolemba illud iternallu

teporis donec dearent nescio u-
tru uel viginti dies erat. sed tamen
fortiter tolerabatur: quia retes-
serat cupiditas que mecu sole-
bat ferre graue negotiu et ego
pmendus remaseram. nisi pa-
tencia succederet. **Pecasse** me in
hoc quisq; seruoru tuoru fratru
meoru dixerit: qd ia pleno cor-
de militia tua passus me fueru
uel vna hora sedere i cathedra
mendaci. **At** ego no contendo.
sed tu dne micoedisse none et
hoc ptm cu ceteris horrendis
et funereis in aqua sca igno-
uisti et remisisti michi. **Hare-**
rabat anxietudine uerecund
de isto nro bono. qd ppter vin-
cula sua quib; tenacissime tene-
batur. deseru se nro consortio vi-
debat nondu xpianus couege-
fidelis. ea ipa ta arctiore p cete-
ris copede ab itinere qd agyssi-
eram retardabat: nec xpia-
nu esse alio modo se velle dice-
bat. q; quo illo no poterat. **Be-**
nigne sane optulit. ut q; diu
ibi essem. in re eius essemus.
Retribues illi dne i resurrectione
iustoru: quia ia ipam sorte re-
tribuisti ei. **Quis** eni absentu-
bus nobis cu vome ia essem.
corpali egritudine corrept et in
ea xpianus et fidelis factus. ex
hac vita migravit: ita misert
es no solu eius. sed caia nri. ne
cogitantes egregia erga nos ami-
ti huanitate. nec cum i grege
tuo numerates. dolore itolera-
bili cruciarem. **Gracias** tibi de-
us nr. tui sum: idicant hortat-
iones et cosolaciones tue fide-
lis pmissor: reddes uerecundo

Ca. iij.

pro iure eius illo cassitate ubi
 ab estu scli requieuium? in tea-
 menitate sempiternae vinctis
 paradisi tui: qm̄ dimisisti ei
 p̄tā sup̄ terrā in monte itase-
 ato. monte tuo. monte uberi.
Angebatur ergo tūc ip̄e: nebr-
 dius autē collectabat. Cuius
 enī et ip̄se nondū xp̄ianus ī
 illā foucā p̄niciosissimi erro-
 ris icaderat. ut ueritatis filij
 tui carnē fantasma crederet:
 tñ inde emergēs. sic sibi erat
 nondū imbutus illius ecclie
 tue sacramētis. sed īquisitor
 ardentissim⁹ ueritatis. Quē
 nō multo post cōuersionē nos-
 trā et regenerationē p̄ baptis-
 mū tuū. ip̄m etiā fidelē catho-
 licū castitate perfectū atq; con-
 tinētia tibi seruientē. ī affrica
 apud suos. cū tota domus ei⁹
 per eū xp̄iana facta eēt. carne
 soluesti: et nūc ille uiuit in si-
 nu abrahā. Quid qd̄ illud est
 qd̄ illud est qd̄ illo significat⁹
 sinu. ibi nebridius meus ui-
 uit. dulcis amicus meus: tu-
 us autē dñe adoptiu⁹ ex li-
 berto filius. ibi uiuit. Nam
 q̄s alius tali aīe locus? Ibi
 uiuit. vnde me multa īterro-
 gabat hōiem īexpertū. Iā nō
 ponit aurē ad os meū. s; spi-
 ritale os ad fontē tuū: et bi-
 bit q̄ntū p̄t̄ sapienciā pro a-
 uiditate sua sine fine felix.
Nec eū sic arbitror īebriari ex
 eā. ut obliuiscat⁹ mei: cū tu
 dñe quē potat ille nr̄i sis me-
 mor. Sic ergo eram? uerecun-
 dū cōsolātes triste. salua ami-
 citiā de tali cōuersatiōe nostra.

et exhortātes ad fidē gradus sui
 uite salutis cōiugalis: nebridiū
 autē operiētes qm̄ seq̄ret⁹ qd̄ de
 tā proxio poterat. et erat iā iā
 q; facturus: cū ecce euoluti s̄t
 dies illi tandē. qui tā longi et
 multi uidebāt⁹ p̄e amore liber-
 tatis oiose ad cātandū de me-
 dullis oibus. Tibi dixit cor me-
 um quesiui vultū tuū: vultū
 tuū dñe requirā. Et uenit dies
 ī quo etiā actu solueret a pro-
 fessione rethorica. vnde iā cogi-
 tātū solutus erā? et fām est: et
 eruiisti linguā meā. vnde iam
 erueras cor meū. et benedicebā
 tibi gaudēs p̄fectus ī uillā cū
 meis oibus. Ibi qd̄ egeri in lit-
 teris iā quidē seruiētib; tibi.
 sed adhuc sup̄bie scolā tāq; in
 pausa cōe anhelatib; testatur
 libri disputati cū p̄ntib; et cū
 ip̄o me solo corā te. Que autē
 absente nebridio testatur ep̄is-
 tole. Et qm̄ michi sufficiat tēp⁹
 cōmemorādi oīa? Magna er-
 ga nos hñficiā tua in illo tem-
 pore: p̄ferā ad alia maiora p̄-
 perātū. Reuocat enī me rector
 datō mea. et dulce michi sic do-
 mine cōfiteri tibi. q̄bz īt̄nis me s̄t
 mulis p̄domueris. et quē ad
 modū me cōplanaueris hūili-
 tatis mōtib; et collib; cogitatio-
 nū mearū. et tortuosa mea di-
 rexeris. et aspera lenieris? quo
 q; d̄ modo ip̄sū etiā alipū fia-
 tē cordis mei subegeris nōi p̄-
 nigeniti tui dñi et saluatoris
 nr̄i ihu xp̄i: qd̄ p̄mo dedigna-
 batū inferi lr̄is nr̄is. Magis
 enī eas uolebat redolere gym-
 nasiorū cedros q̄s iā cōtriuūt

dñs: q̄ salubres herbas et defli-
 asticas aduersas scip̄tibz. **Q**s
 tibi deus meus voces dedi cum
 legerē psalmos dauid cantica
 fidelia. et sonos pietatis excludē-
 tes tuurgidū sp̄m. rudis i germa-
 no amore tuo cathetumino in
 villa cū cathetumino alipio fe-
 riatu. matre adherēte nobis.
 muliebrū habitu. virili fide. a-
 nuli securitate. materna cari-
 tate. xp̄iana pietate. **Q**uas ti-
 bi voces dabam in psalmis illis.
 et quō in te inflāmabar ex eis.
 et accendebat eos recitare si pos-
 sim toto orbe terrarū aduersus
 tipū generis hūani. **E**t tñ to-
 to orbe cantātur: et nō est qui
 se abscondat a calore tuo. **Q**uā
 vehemēti et acri dolore indig-
 nabat manicheis. et misera-
 bar eos rursus. qd̄ illa sacramē-
 ta. illa medicamēta nesciret:
 et insani essent aduersus an-
 tidotū. quo sani esse potuisset.
Velle ut alicubi iuxta esset. tūc
 ignorāte me vtrū audiret. et
 me nesciente q̄ ibi esset. itue-
 retur faciē meā. et exaudiret
 uoces meas. qm̄ legi quartum
 psalmū. in illo tunc orō. quid
 de me fecerit ille psalm⁹. cū i-
 uocare te exaudisti me deus
 iusticie mee. i tribulacōe di-
 latasti michi. miserere mei
 dñe et exaudi orōnē meam:
 audiret ignorāte me utrum
 audiret. ne me ppter se illa di-
 cere putaret. que iter her uer-
 ba dixerit. quia et reuera nec
 ea dice. nec sic ea dicerem.
 si me ab eis audiri videri q̄
 sentire: nec si dice sic accipe

ret quō meū et michi corā te de-
 frūuari affai aumi mei i hor-
 rui timendo. ibidēq̄ i ferbui spe-
 rando. exultando in tua mīa
 p̄. **E**t hec oīa exhibant per o-
 los meos et vocē meā: cū cōuer-
 sus ad nos sp̄s tuus bon⁹ aut
 nobis. **F**iln hoim usq̄ quo gra-
 ues corde. **V**t qd̄ diligitis va-
 nitatē et q̄ritis mendaciū.
Dilexerā enī vāitatē et q̄siera
 mendaciū. et tu dñe iā mag-
 nificaueras s̄m̄ tuū suscitās
 eū a mortuis. et collocans ad
 dexterā tuā. vnde mitteret ex
 alto p̄missionē tuā paracli-
 tū sp̄ritū ueritatis: et mise-
 rat eū iā. sed ego nesciebam.
Miserat eū: quia iā magni-
 ficatus erat resurgēs a mor-
 tuis et ascendēs in celū. **A**n-
 te autē nondū sp̄s erat dat⁹:
 quia ih̄s nondū erat clari-
 ficatus. **E**t clamat p̄pheta. **Q**u-
 usq̄ graues corde: et ut qd̄ dili-
 gitis uanitatē et q̄ritis men-
 daciū. **E**t scitote qm̄ magnifi-
 cauit dñs s̄m̄ tuū. **C**lamat
 quousq̄: clamat scitote. **E**t e-
 go tam diu nesciens. uāitatē
 dilexi. et mendaciū quesii: et
 ideo audiui et cōtremui. qm̄
 talibz dicit⁹ qualē me fuisse re-
 miscebar. **I**n fantasīs eī quas
 pro ueritate tenuerā. uanitas
 erat et mendaciū. **E**t in sonni
 multa ḡu ter ac fortiter i do-
 lore recordacōis mee: q̄ si vti-
 nā audissent. qui adhuc usq̄
 diligūt uanitatē et q̄rūt men-
 daciū. forte cōturbaret: et e-
 uouissent illud: et exaudi-
 res eos cū clamaret ad te. qm̄

uera morte carnis mortuus est
 pro nobis. qui te iterpellat pro
 nobis. *Legēbā irascenti et nolite
 peccare. Et quō mouebat deus
 meus? qui iā didicerā irascenti
 michi de pteritis. ut de cetero
 nō peccare? Et merito irascenti: q̄
 nō alia natura gēus tenebrarū
 de me peccabat. sicut dicit qui
 nō sibi irascentur et thesaurizat
 sibi irā in die ire et reuelacōis
 iusti iudicij dei. Nec iā bona
 mea foris erāt: nec oculis car-
 neis ī isto sole quēbāt. Volētes
 autē gaudere foris insecus. faci-
 le euānescūt et effundūt ī ea
 que uidentur et tēporalia sunt:
 et ymagines eorū famelica co-
 gitacōe lambūt. Et o si fatigē-
 tur iedia? et dicāt. quis osten-
 det nobis bona? Et dicam? et
 audiāt: signatū est in nobis lu-
 mē vultus tui dñe. Nō enī lumē
 nos sum? qd̄ illuminat oēm homi-
 nē uenientē in hūc mūdū. sed il-
 luminam? a te: ut qui sum? a
 liqui tenebre. sim? lux in te. *O
 si uiderēt eternū eternū. qd̄ ego
 quia gustauerā frēdebā: qm̄
 nō eis poterā ostendere si affer-
 rent ad me cor ī oculis suis fo-
 ris a te. et dicerēt quis ostēdet
 nobis bona. Ibi enī ubi michi
 iratus erā itus ī cubili ubi cō-
 pūctus erā. ubi sacrificauerā
 mactās uetustate meā. et iho-
 ata meditacōe renouacōis mee
 sperans ī te ubi michi dulcesce-
 re ceperas. et dederas leticiā ī
 corde meo? et exdamabam le-
 gens hec foris. et agnosces itus:
 nec uolebā multiplicari terre-
 nis bonis deuoras tēpora et de-**

lumen

uorat? tēporalib; cū habere in e-
 terna simplicitate aliud frumē-
 tū et uinū et oleū. Et exdama-
 bā in cōsequēti uersu clamore
 alto cordis mei. *O ī pace: o in
 idipm̄. O qui dixit. obdormiam
 et sopnū capiā: qm̄ q̄s resisset
 nobis. cū fiet sermo qui scriptus
 est. absorpta est mors ī uictoria.
 Et tu es idipm̄ ualde qui non
 mutaris. et ī te requies obliuif-
 cens laborū oīm. qm̄ nullus a-
 lius tecū? sed nec ad alia mul-
 ta adipiscenda q̄ nō sūt qd̄ tu:
 sed tu dñe singulariter in spe
 cōstituisi me. *Legēbā et ardebā.
 nec iueniebā quid facere surdis
 mortuis ex quib; fuerā pestis.
 latrator amarus: et cecus aduer-
 sus lras de melle celi mellicas et de
 lūie tuo lūiosas. Et sup̄ iūni-
 cos scripture hui? tabescebam.
 qm̄ recordabar oīa dierū illorū
 feriatorū. Sed nec oblitus sum
 nec silebo flagelli tui asperitate. et
 mēt tue mirabilē celeritate. *Dolo-
 re denatū tū extruciabar. Et
 cū in tantū iyrāuescēt ut nō
 ualere loqui: ascendit ī cor me-
 um. amonē oēs meos qui ad-
 erāt. ut deprecāretur te p̄ me dñe
 salutis oīmōde salutis. Et sup̄
 si hoc ī terra: et dedi eis ut lege-
 retur. *Hoc ut genua sup̄plia
 affectu fixim? fugit dolor il-
 le. Sed quis dolor? aut quō fu-
 git? *Expauī fateor dñe meus
 deus meus: nichil enī tale ab-
 ieunte etate expert? fuerā. Et
 insinuatū michi sūt ī profundo
 nutus tui. et gaudēs in fide
 laudauī nomen tuū. Et ea fi-
 des me securū esse nō sinebat.*****

de p̄teritis p̄t̄is meis: q̄ michi
 per baptisimū tuū remissa nō
 dū erāt. **R**enūciaui pactis vin-
 demialibz; ut scolasticis suis me-
 diolanenses uenditorē uerbo-
 rū aliū p̄uiderēt: qđ et tibi ego
 seruire delegisse. et illi profes-
 sioni p̄ difficultate suspirādi.
 ac dolore pectoris nō sufficere
Et insinuauī p̄ lras̄ ātistitu-
 o uro sancto ambrosio pristinos
 errores meos. et p̄ns̄ votū me-
 um: ut moneret quid potissi-
 mū michi de libris tuis legēdū
 esset quo p̄apiende tante grati-
 e paratior aptiorq; fierē. **A**t il-
 le iussit ysaiam p̄phetā: credo q̄
 p̄re ceteris ewangelij uocauis
 q̄ genaiū sit p̄nūciator aptior.
Deruptū ego primā huius lectio-
 nē non intelligens. totūq; tale
 arbitrans: distuli. repetendū
 exercitator i dn̄ico eloquio **I**n-
 de ubi tēpus aduēit. quo me no-
 men dare oporteret: relicto rure
 mediolanū remcaui. **P**latu-
 it et alipio renasci i te meū. iā
 induto hūilitate. sacramētis tu-
 is congrua: et fortissimo domu-
 torū corpis. usq; ad p̄talitū solū
 glaciāle. nudo pede obterendū
 insolito aulū. **A**dixim⁹ etiam
 nobis puerū adēdatū ex me
 natū carnaliter de p̄t̄o meo:
 tu bene feceras eū. **A**morū eāt
 ferme quindē: et īgenio p̄re-
 ueniebat multos graues et
 doctos uiros. **M**unera tua ti-
 bi confiteor dn̄e deus meus cre-
 ator om̄: et multū potēs refo-
 mare nr̄a deformia. **N**am ego
 in illo puero p̄ter delictū nū-
 hil habebā. **Q**đ enī enutire

bat a nobis in disciplina tua.
 tu inspiraueris nobis: nullq;
 alius. **M**unera tua tibi confi-
 teor. **E**t liber nū qui inscribit
 de ingro: ipse ibi meū loquitur.
Tu sis illi esse sensa oīa. que
 inserūtur ibi ex persona colloca-
 toris mei. **C**um esset i ānis sede-
 am: multa eius mirabiliora
 expertus sum. **H**orrori michi
 erat illud īgeniū. **E**t q̄s p̄ter te
 talū miraculorū opifex? **C**ito
 de terra abstulisti uitā ei⁹: et
 securior eū recordor nō timens
 qđq̄m pueritiae. nec adolescentie.
 nec oīno hōi illi. **S**ociauim⁹ eū
 coeū nobis i gratia tua. educa-
 dū in disciplina tua. et baptisati
 sum⁹: et fugit a nobis sollicitu-
 do uite p̄terite. **N**ec satiabar il-
 lis diebus dulcedine mirabili:
 considerare altitudinem consilij
 tui. sup salutē generis hūani.
Quantū fleui in p̄nis et can-
 tibus tuis suaue sonantis eccl̄e
 tue. uocabz; cōmotus acriter. **D**o-
 ces ille influebat auribz; meis.
 et eliquabat ueritas tua i cor
 meū. et ex ea estuabat inde af-
 fectus pietatis: et currebant
 lacrimae. et bene michi erat cū
 eis. **N**on longe ceperat medio-
 lanensis eccl̄esia genus hoc cō-
 solatoris et exhortatoris celebra-
 re. magno studio fixatū cōtinē-
 tū uocabz; et cordibz;. **N**ūmū
 ānus erat. aut nō multo am-
 plius. cū iustina valentianū
 regis pueri mater. hōiem tuū
 ambrosiū p̄sequeretur. heresis su-
 e causa. qua fuerat seducta.
 ab arrianis: extubabat pia
 plebs i eccl̄ia. mori parata cū

Alia

Ca. vij.

indignus oratione

epo suo seruo tuo. Ibi mea mater ancilla tua. sollicitudis et uigiliarum partes primas tenens orationibus uiuebat. Nos adhuc frigidum a calore spiritus tui: excitabamur tui. ciuitate attonita atque turbata. Tunc psalmi et psalmi ut caneretur secundum morem orientali-um partium. ne plus meroris tedio contabesceret institutum est: et ex illo usque in hodiernum retentum multis iam ac pene omnibus gregibus tuis. et per cetera orbis uniuersis. Tunc memorato antistiti tuo per visum aperuisti. quo loco lateret martiri corpora pthasii et geruasii. que per totos annos in corrupta thesauro secreta tui recondideras: unde optime promeres ad coherendam rabie femineam. sed regna. Tu enim propalata et effossa digno tui honore transferretur ad ambrosianam basilicam. non solum quos inuenerunt uexabat spiritus. confessis eisdem demonibus sanabatur: uerum etiam quidam plures annos cecus. ciuitatisque notissimus. cum populitumultuatis causa quesisset atque audisset. exiuit: eoque se outiceret suum ducem rogauit. Quo productus impetrauit admitti: ut sudario tangeret feretrum. piose in conspectu tuo mortis secretum tuorum. Quod ubi fecit atque amouit oculis: confestim apti sunt. Inde fama discurreres. inde laudes tue feruentes lucentes: inde illius uniuersa animi. et si ad credendi sanitatem non applicatus. a persequendi tui furore compressus est. Gratias tibi deus meus. Unde et quo eduxisti re-

cordationem meam: ut hec etiam confiterer tibi. que magna oblitus preterieram. Et tunc tunc cum ita flagraret odor ungentorum tuorum. non turebam post te: et ideo plus flebam inter tantam synon tuorum. olim suspiras tibi. et tandem respiras quantum patet aura in domo fenestra: qui habitare facis unanimes in domo consortiasti nobis et euodum iuuenem ex nostro municipio. Qui tunc agens in rebus militaret. prior nobis ad te conuersus est. et baptizatus: et relicta militia seculari. actus in tua. Simul etiam: simul habitabam in placito sancto. Querebam quidnam locus nobis utilius haberet: et seruientes tibi pariter remeabam in affrica. Et tunc apud hostia tyberina censemus: nunc defuncta est. Multa pretereo: quia multum festino. Accipe confessiones meas. et gratiarum actiones deus meus de rebus innumerabilibus etiam in silentio. Sed non precor quod quid michi anima pertinet de illa famula tua que me pertinuit. et carne. ut in hac temporalis: et corde. ut in eternam lucem nasceret. Non eius. sed tua dona dicitur in ea: neque enim seipam feterat. aut educauerat seipam: tu creasti eam: nec pater nec mater sciebat. qualis ex eis fieret illa: et eruditum eam in timore tuo uirga christi tui. regimine uniuersa filii tui in domo fidei. bono membro et clesie tue. Nec tantam erga suam disciplinam diligentiam matris predicabat. quantum facile ciuis dicitur decepte: que prius eius in sancte portauerat. sicut dorso

grandiuscularū puellarū par
uuli portari solent Cuius rei grā
et ppter senectā ac mores opti
mos. i domo xpiana sans ab oī
bus honorabat. Vnde etiā curā
dnīcarū filiarū cōmissa sibi di
ligēter gerebat: et erat i eis co
heretendis cū opus esset sancta
seueritate uehemes atq; in do
cendis sobriā prudentiā. Nam
eas preter illas horas quibus
ad mensam parentū modera
tissime alebant: etiā si exardesc
cerēt siti. nec aquā bibere sine
bat: ptaues consuetudinem
malā. et addens uerbū sanum.
Nōdo aquā bibitis. quā i pta
te uinū nō habetis: cū ad ma
ritos ueneritis facite dnē apo
thecarū et cellariorū. aqua sor
debit: sed mos potādi pualetur.
Hac rōe p̄cipiendi et auctorita
te ip̄erandi. frenabat auuidita
tē tenorioris etatis: et ipsam
puellarū sitim forinabat ad
honestū modū. ut iā nec libe
ret qd nō deceret. Et si uerep̄scāt
tū sicut michi filio famula tu
a narrabat: subreperat ei ui
nolentia. Nā cū de more tanq̄
puella sobriā iuberet a parenti
bz de cupa uinū depromē. sum
misso poculo qua desup patet.
priusq̄ in lagunculā funderet
merū. primoribz labus sorbebat
exiguū. quia nō poterat āplus
sensu recusante. Non enī vlla
temulenta cupidine faciebat
hoc: sed quibusdā supfluentibz
etatis excessibz. qui ludicris
motibz ebullūt. et in puerilibz
ānis maiorū pondere premi
solent. Itaq; ad illud modū co

tiduana modica addendo. qm̄
qui modica spernit paulatī
decidit: in eam consuetudinē
lapsa erat. ut ppe iam plenos
mero caliculos inhānter hau
rurt. Vbi tūc sāyax anūs: et
uehemes illa prohibito. Nun
qd ualebat aliqd aduersus la
tentē morbū nisi tua medicā
dnē uigilaret sup nos. Absen
te p̄e et matre et nutritoribz
tu p̄ns qui creasti. qui uocas:
qui etiā per p̄positos hoīes bo
ni aliqd agis ad salutē aiāz
Quid tūc egisti deus meus?
Vnde curasti? vnde sanasti?
Nōne ptulisti durū et acutū
ex altera aiā cōuictū. tanq̄
medicinale ferrū. ex occultis
p̄uisionibz tuis? et vno utu
putredinē illā p̄tendisti. An
tulla enī cū qua solebat atcede
ad cupā. litigās cū dnā mino
re. ut fit. sola cū sola: obicit
hoc crimē. amarissima insul
tatione uocās meribibulam.
Quo illā stimulo percussa res
perit feditate suā: confestimq;
dāpnauit atq; exiit. Sicut a
mici adulātes pueriūt: sic ini
mici languantes plerūq; corrigūt.
Nec tu qd per eos agis: sed qd
ipi uoluerūt retribuīs eis. Illa
enī irata. exagitare appetiuit
minorē dnām. nō sanare: et
ideo clanculo. aut qā ita eas i
uenerat lotus et temp̄ litis: a
ne forte et ipā periclitaret. qd
tā sero prodidisset. At tu dnē
rector celitū et terrenorū. ad v
sus tuos cōtorques p̄funda tor
rentis. fluxū sculoz ordinate
turbulentū: etiā de alteri aiē

Ca. ix.

insania sanasti alterā. Nec quāquam
tū hoc aduertit. potentiae suae tri-
buat. si uerbo eius coerceretur. quae
uult corrigi. Educata itaque pu-
dicitate ac sobrie. potiusque a te
subdita parentibus. quam a parentibus
tibi: ubi plenus animus nubilus factus
est. tradita uiro. seruauit ueluti
domino: et satagit eum lucrari tibi
loquens te illi moribus suis. quibus
eam pulchram faciebas. et reue-
renter amabilem atque mirabilem
uiro. Ita autem tolerauit cubilis
iniurias: ut nullam de hac re cum
marito haberet unquam simulta-
tem. Expectabat enim misericordiam tuam
super eum: ut in te credens casti-
ficaretur. Erat uero ille prete-
rea sicut beniuolentia papui:
ita uia feruidus. Sed nouerat
hec non resistere uato uiro: non
tamen factis. sed ne uerbo quidem.
Jam uero refractum et quietum cum
oportunum uideret. rationem facti
sui reddebat: si forte ille in-
sideratus commotus fuerat. De-
nique cum matrone multe quae
uiro mansuetiores erant plaga-
rum uestigia etiam dehonesta
facie gererent. iter amicitiae collo-
quia ille arguebant maritorum
uitam: haec eorum linguam ueluti
per iocum grauiter ammones.
ex quo illas tabulas quae ma-
trimoniales uocantur recitari
audissent. tanquam instrumenta
quibus an alle facte esset depu-
tare debuissent: proinde me-
mores conditionis. superbie ad-
uersus dominos non oportere. Cum
que miraretur ille. scientes quia
coniugem ferocem sustinet. nunquam
fuisse auditum. aut aliquo iudicio

daruisse quod patritius ceciderit
uixit. aut quod a se iniuce uel unum
diem domestica lite dissenserit.
et causam familiaritatem quererent:
docebat illa institutum suum. quod
supra memorauimus. Quae obserua-
bant. ex parte gratulabantur:
quam non obseruabant subiecte uox
abatur. Sororum etiam suarum primo
susurrus malorum ancillarum
aduersus se ueritatem. sic euiat
ab obsequiis. pseueras tolera-
tia et mansuetudine. ut illa ul-
tro filio suo medias linguas fa-
mularum proderet. quibus iter se
et nurum pax domestica turba-
batur: expeteretque uindictam.
Itaque postea quam ille et matri ob-
temperans. et curas familie dis-
ciplinam. et concordie suorum consu-
lens. perditas ad prodeus arbitri-
um uerberibus coercuit: promisit
illa talia de se prima sperare de-
bere. quamcumque de sua nuru. sibi quo
placeret. mali aliquid loqueretur:
nulla que iam audiente. memo-
rabili inter se beniuolentiae sua-
uitate uixerit. Hoc quoque illi
bono mancipio tuo in cuius uere-
ro me creasti. deus meus misericordiam
mea munus grande donaueras.
quod inter se dissidentes atque discor-
dantes quaelibet animas ubi pote-
rat tam se prebebat pacificam.
ut cum ab utraque multa de se iniuce
audiret amarissima. quia solet
eructare tuerges atque indigesta
discordia. quam primum amice de ab-
sente inimici per acada colloquia
crudelitas exalabat odiorum:
nichil tamen alteri de altera prode-
ret. nisi quod ad eas reconciliandas
ualeret. Darium hoc bonum mi-

hi uideret. nisi turbas innume-
rabiles tristis experiret. nescio
qua horrenda pestilentia p̄torū
latissime puagante. nō solū uir-
torū unūtorū uatis iūuias dic-
ta prodere. sed etiā que nō dic-
ta sunt addere. cū ecōtra huma-
no aīo parū esse debeat. iūuicia
tas hōim nec exatire nec au-
gere male loquendo. nisi eas
etiā extinguendo extingue be-
ne loquendo studuerit: qualis
illa erat docente te mīgro intimo
in scola pet̄toris. Deniq; etiā
uirū suū iam i extina uita tem-
porali eius lucrata est tibi: nec
in eo iam fideli planxit. qđ in
nondū fideli tolerauerat. Erat
etiā serua seruorū tuorū. Quis
quis eorū nouerat eā. multū
in ea laudabat et honorabat.
et diligebat te: quia senaebat
p̄ntiam tuā in corde eius. scē
cōuersacōis fructib; testibus.
Fuerat enī vni v̄ri v̄ror: mu-
tuam uicē parentib; reddideat
Domū suā pie tractauerat: i
operib; bonis testimoniū ha-
bebat. Nutrierat filios: tonēs
eos pturiens. quoties a te de-
uicere cernebat. Postremo nob̄
dñe oībus. quia ex munē tuo
sinis loqui seruis tuis. qui ante
dormitionē eius in te iam con-
sotiati uiuebam. p̄cepta grā
baptismi tui. ita tuā gessit.
quasi oēs genuisset: ita secu-
uit. quasi ab oībus genita fu-
isset. Imminente autē die qđ
ex hac uita erat exitura. que
diem tu noueras ignorantib;
nobis. puenerat ut credo pro-
tūate te i occultis tuis mo-

dis. ut ego et ip̄a soli starem. i
cūbeutes ad quandā fenestrā.
vnde ortus i tra domū q̄ nos ha-
bebat prospectabat. illuc apud
hostia tyberina: ubi remota a
turbis. post longi itineris labo-
rē instaurabam. nos nauiga-
tionū. **C**olloq̄bam̄ ergo soli
ualde dulciter: et p̄terita obli-
uiscētes i ea q̄ ante sunt exte-
ri. q̄rebam̄ inter nos apud p̄-
sente ueritatē qđ tu es. qualis
futura esset uita eterna sanc-
torū. quam nec oculus uidit.
nec auris audiuit. nec in cor
hōis ascendit. sed inhyabam̄
ore cordis in supna fluenta.
fontis tui. fontis uite qui est a-
pud te: ut inde pro captu nro
aspersi. quoquomodo rem tā-
tam cogitarem. Tūq; ad eū
finē sermo perduceret. ut carna-
liū sensuū delectacō quātalibet
in quātalibet luce corporea pre-
illius uite iocunditate nō com-
paracione sed ne cōmemoracōe
quidē digna uideret. erigētes
nos ardentiore affectu i dīpsū
pambulaui. gradati cūta
corporalia. et ipsum celū. vnde
sol et luna et stelle lucēt super
terrā. Et adhuc ascendebam̄
ūterius cogitando et loquendo
te. et mirando opera tuā. et de-
num̄ in mētes nras et transce-
dim̄ eas. ut attingerem̄ re-
gionē ubertatis indefictis.
ubi pasas israhel i eternū ue-
ritatis pabulo: et ibi uita sapi-
encia est per quā fiunt oīa ista
et q̄ fuerūt. et q̄ futura sunt. et
ip̄a nō fit. sed sic est ut fuit. et
sic est semp: quyn potius fu-

esse et futurū esse nō est i ca. sed
 esse solū qm̄ eterna est: nā fuis-
 se et futurū esse nō est eternū. Et
 dū loquimur et ih̄yam q̄ illi. attigi-
 mus eā modice toto actu cordis.
 et suspirauim⁹: et reliqm⁹ ibi re-
 ligatas p̄micias spūs et remea-
 uim⁹ ad strepitū oris nr̄i. ubi ue-
 bū et iapitur. et finit. Et quid
 simile uerbo tuo dñō nr̄o in se p̄-
 manenti siue uetustate atq; in-
 nouati oīa. Dicebam⁹ ergo. Sicut
 i sileat tumultus carnis. sileat
 fantasia terre et aquarū et aeris.
 sileant et poli. et ipsa sibi aīa si-
 leat et transeat se nō se cogitan-
 do. sileant sop̄nia et p̄magina-
 rie reuelatōes. oīs lingua et oēs
 signū. et qd̄qd̄ transeundo sit. xi.
 si cui sileat oīno: qm̄ si qui au-
 diūt. dicūt hec oīa. nō ipsa nos
 fecim⁹. sed fecit nos qui manet
 ieternū. h̄ns dictis si iā taceat
 qm̄ crexerūt aurē. in eū q̄ fecit
 ea. et loquat⁹ ipe solus. nō per
 ea sed per seipm̄ ut audiamus
 uerbū eius. non per linguam
 carnis. neq; per uocē angeli. ne-
 q; per sonitū nubis neq; p̄enig-
 ma silitudis. sed ipm̄ quē i h̄ns
 amam⁹ ipm̄ sine h̄ns audiam⁹.
 sicut nūc extendim⁹ nos. et rāpi-
 dā cogitacōe attingim⁹ eternā
 sapientiā sup̄ oīa manente. si
 cōtinuet⁹ hoc. et subtrahatur
 alie uisiones longe ip̄aris ge-
 neris. et hec vna rapiat et ab-
 sorbeat. et recondat in interiora
 gaudia spectatore suū. ut ta-
 lus sit sempiterna uita. quale
 fuit hoc momētū intelligēcie
 cui suspirauim⁹: nōne hoc
 est. itra in gaudiū dñi tui. Et

istud quando. An tū oēs resur-
 gemus? sed nō omēs imutabim⁹.
 Dicebā talia. et si nō isto modo.
 et h̄ns uerbis: tñ dñe tu scis qd̄
 lo die tū talia loqrem⁹. et mund⁹
 iste nobis iter uerba ulesteret
 tū oib; delectatōib; suis. Tunc
 ait illa. Fili qm̄tū ad me attinet
 nulla re iā delectoz in hac uita.
 Quid hic faciā adhuc et cur hic
 sim nescio; iam cōsumpta spe hu-
 ius seculi. Nūc erat. ppter qd̄ in hac
 uita aliquantū imorari cupiebā.
 ut te xp̄ianū catholiciū uideē
 priusq; morerē. Cumulacius
 hoc michi deus meus prestat:
 ut te etiā contēpta felicitate
 terrena serui eius uideā. Quid
 hic facio. Ad hec ei quid respon-
 detim nō satis uetolo: tū iterea
 vix itra qm̄q; dies. aut nō mul-
 to amplius decubuit febribus.
 Et tū egrotaret: quodā die de-
 fectū aīe passa est. et paululū
 subtracta a p̄ntib;. Nos cōcur-
 rim⁹. sed cito reddita est sensui
 et aspexit astantes me et fratē
 meū: et ait nobis quasi q̄renti
 similis. Vbi etiā? Deinde nos i-
 tuens merore attonitos. pone-
 tis hic inq̄t matre uestra. Ego
 silebā et fletū frenabā: frater
 autē meus quiddā locutus est.
 quo eā nō peregre sed in patriā
 defungi tanq; felici optaret.
 Quo audito illa: vultu anxio
 reuerberans cū oculis qd̄ talia
 sciret atq; inde me ituens. vi-
 de ait quid dicat. Et mox ambo-
 bus ponite iquit hoc corpus
 ubiq; nichil vos ei. cum cōtū-
 bet: tñ illud vos rogo. ut ad
 dñi altare memineritis mei

Pro magnū zelū tāte m̄licis

ubiūq; fueritis. Cūq; hāc sentē-
 cīā uerbis quib; potuit explicaf-
 set cōtūit: et ingraueſcente mor-
 bo exercebat. **E**go uero cogitās
 dona tua deus inuisibilis. que
 ūmittis ī corda fidelū tuorum
 et pueniūt inde fruges amira-
 biles. gaudebā et grās agebā
 tibi. recolens qđ nouerā: quāta
 cura semp estuasset de sepulchro
 qđ sibi prouiderat et parauerat
 iuxta corpus uiri sui. Quia enī
 ualde concorditer uixerāt: id enī
 am uolebat ut est hūan? aīn?
 min? capax diuinor? adiūgi ad
 illā felicitatē et cōmemorāi ab ho-
 minib; cōcessū sibi ēē post trans-
 marinā peregrinacōē: ut cōiūc-
 ta terra. amborū cōiūgū terra
 tegetet. **Q**ū autē ista iāuitas.
 plenitudie bōitatis tue. ceperat
 in eius corde nō esse nesciebant.
 et letabar amirans. qđ sic michi
 apparuisset: qđq; et illo sermone
 nro ad fenestrā cū dixit. iam qđ
 hic facio. nō apparuit desiderare
 in p̄iā mori. **A**udiui etiā poste-
 a qđ iā cū hostib; essem. cū qui-
 busdā amicitis meis materna fi-
 ducia colloq̄batur quodā die de
 cōtēptu uite hui?. et bono mor-
 tis ubi ipse nō aderam: illisq;
 stupentib; uirtutē femine quā
 tu dederas ei. q̄uentib; q; vtrū nō
 formidaret tā longe a sua ciui-
 tate corpus relinque. nichil iqt
 longe est deo: neq; timendum
 est ne ille nō agnoscat in fine
 seculi vnde me resuscitet. **E**go
